



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Philetærvs Conf. 30. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

allem in miseros ipse dispenseret. Funeri dum illacrimatur in sacris Diaconus, morique etiam ipse exoptat, voti damnatus unâ tumalatur, anno D. XC. Ex Surio.

Felicitas magna Christianorum, quibus datum est, ut paupertatem faciant pretium calorum. Non tibi displiceat paupertas tua; nihil eâ potest ditius inveniri. Vis nosse quàm locuples sis? calû emit. Quibus thesauris conferri potest, quod videmus paupertati indultum? S. August. serm. 28. de verb. A post.

S. PHILETÆRVVS CONF.

30. Decembris.

MIrentur alii in PHILETÆRO PROCOS, Nico-medix filio illustre formæ decus, quo illum avo suo Diis parem homines fecerunt; ego in pulcherrimo corpore pulchriorem animum demitor exosculorque; & hoc amplius, quodd animi æstimator ipse egregius, nihili membrorum decorem fecit, omnibusque tormentis præbuit lacerandum. Primum Diocletianum vicit, qui cum blasphemus Christum inceseret, vindex divini honoris PHILETÆRVVS, terram cælosque ad iras movit. In fornacem deinde succensam injectus, se ipso pulchrior egressus est. Iam sub Maximiano virgibus unciisque foedum in modum acceptus, omnium tamen in se oculos Superûm rapuit, & tum denique his formosus est visus. Ferae sive formâ & ipsæ, sive fortitudine adolescentis captæ, ad pedes se abjecerunt victoris; feras verò cum duo homines induissent, gladioque Martyri imminerent, in loco obriguere. Ultimò cum virtus hæc oculos jam tyranni etiam perstringeret, exultate iusta est. Et ecce de viâ morbi dæmonesque mali

mali cedere, pedibus Dii se & templa sua subtere-
nere: quibus permotus Comes cum vi. militibus
fidem nostram est amplexus. PHILETÆRVS cūm
Eubiotum virum sanctitatis famā celeberrimum
adiret, monitus hic ab Angelo bono obviā Mar-
tyri progressus est. In eius antro Divum septimo
die, socios verō duodecimo, ab exilio mors absol-
vit. Ex Menais.

*Quare tuum bonum. Nemo bonus nisi unus
Deus: summum bonum hoc est bonum tuum. Pec-
ori quid bonum est, nisi implere ventrem, dormire, ge-
stire? Tale tu bonum quaris? Coheres Christi quid
gaudes, quia socius es pecorū? S. August. in Psal. 102.*

S. SILVESTER PAPA.

31. Decembris.

Patria SILVESTRO Roma, Romæ, hoc est, pa-
trix, pater ipse SILVESTER fuit. Hoc tamen
orbare Romam Urbis probrum Tarquinius vo-
luit. Sed SILVESTER ad tribunal citatus, novo
more mortē iudici reus indixit. Dictum, factum.
Piscem dum cœnat, os fortē ex hoc gutture re-
ceptum Tarquinius hamum mortis esse sentit.
Post hæc dum Constantinus remissius rem Chri-
stianam curat, & sopitæ nuper iterum in pios per-
secutiones recrudescunt, exul SILVESTER mon-
tem Soracten insidet; impietatis fœditatem, ut
videret Imperator, leprā inficitur. Sacrificuli, le-
pram ut abluat, balneas è parvulorum sanguine
suadent. Ingemuere ad consilium impium omnes
Romanæ matres, cūm audirent sanguini, quo
vel manum aspergere scelus semper non expian-
dum habitum est, totum velle Imperatorem in-
gnatate; certē innatate rectius. tot matrum lacrimis
jam